



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 22. Cæsar Basileam ingressus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

dignetur Reges, & Principes toto ingenio, Sæcul. XV.
& nisu inducere, ut veniant personaliter, A. C. 1442.
aut suos solemnes Oratores mittant, atque
Prælatos. Denique subjungunt Basileen-
ses, ne inanis & frustratoria reddatur hu-
jusmodi Concilii translatio, Rex & Elecio-
res certificant, quod Concilium, dum in illo
loco fuerit, recognoscant pro vero Gene-
rali Concilio, eique adhœrebunt, statutisque,
ordinationibus & decretis acquiescent, e-
tiam si adversarii ad illud non venerint. Lo-
ca vero nominabit sacrum Concilium Ba-
sileense, quorum alterum ipse Dominus Rex
eligit, & assignet auctoritate hujus sacri
Concilii, & hæc sancta Synodus suam
translationem in illum locum publice, ac in
solemni Sessione decretabit siendam ad tem-
pus, quod considerata necessitate Ecclesiarum
videbitur expedire, postquam tamen præfatæ
securitates sacro huic Concilio fuerint præ-
stitæ cum effectu.

§. XXII.

Imperator Basileam ingressus.

His ita conclusis, Imperator Basileam *Asia Patriæ.*
petuit, & die undecima Novembris ^{to. 13. p. 1604} divo Martino sacra solemní pompa, ac
regia prorsus magnificentia urbem in-
gressus est. Incedebat medius inter Car-
dinalem Arelatensem, & Patriarcham
Aquilejensem Episcopum Tridentinum,

B 5 qui

Sæcul. XV. qui itidem Cardinalium dignitate clarus,
 A.C. 1442. Poloniæ Regi sanguine conjunctus erat;
 ceteri præbant Cardinales, Imperatorem
 vero sequebantur Brunsvicensiuna Dux,
 Comes Genevensis, aliique quam plurimi
 Proceres, omnesque Praelati. Hi so-
 lenni hoc comitatu Cæsarem ad Eccle-
 siam Cathedralem deducebant, in qua
 persolutis precibus unaomnes ad Frideri-
 ci alloquium admitti sunt. Postera die
 Cardinales cum Basileensibus Imperato-
 rem visum ibant, quibus copiose declara-
 bat, nil magis cordi sibi esse, quam ut
 justitiam, & Ecclesiæ auctoritatem far-
 tam tueretur. Postridie vero, inclinato
 jam die, Felicem invisurus, cum paucis
 suorum illum adiit, nulla tamen eidem
 exhibita reverentia alias Romano Pon-
 tifici debita, sed detecto duntaxat capi-
 te in cubili substitut unacum omnibus,
 qui eundem comitabantur. Felix com-
 perto Cæsaris adventu cubiculo suo e-
 gressus est, & cum novem suis Cardi-
 nalibus, præcedente Crucis vexillo Impe-
 ratori obviam processit, longam ac pur-
 puream togam pontico vellere obductam
 induitus.

§. XXIII.

Friderici cum Felice colloquium.

Cæsar Felicem obsequiose excipiebat,
 & per quemdam Episcopum sese ex-
 cusa-